



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

95 Presbyteri seculares beneficia ordinis Hierosolymitani obtinere non
possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

hospitalia, Ecclesias, oratoria, & alia quæcunque loca eis subiecta diligenter visitaverint, ut in cap. 1. 2. & 3. de visitat. alioquin ipsi negligentibus visitationem facere, carent omni iurisdictione, & præminencia priorali. cap. prior, eod. tit.

24. Præterea, † Priores, Bajulivi, & singuli Commendatarii, eadem auctoritate ordinaria beneficia quæcunque à Prioratibus, & aliis quibuscunque commendis dependentia conferre possunt, quia ex eorumdem privilegiorum, & statutorum dispositione, ordinaria auctoritate, ad ipsorum Priorum, Bajulivorum, & Commendatariorum collationem, & provisionem spectant, ut in prædicta Bulla Pij IV. ita quòd, † etiam † presbyteri seculares illa in commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, commendis cedere, aut illas alias dimittere non possunt, nisi de consensu eorum, ad quos præsentatio, aut collatio spectat, & in favorem ejusdem religionis, seu personarum, quæ habitum, per fratres capellanos ejusdem hospitalis deferri solitum suscipiant, & professionem per eos emittant, nec illa, nisi intra sex menses à die intimationis, habitum ipsius religionis susceperint, & regularem professionem intra alios sex menses emiserint, possidere possunt, nec pensiones, absque habitu retinere, quia resignationes, etiam in manibus Papæ factæ, & provisiones inde factæ nullius roboris, vel momenti existunt, nisi de illis juxta formam privilegiorum dictæ religionis provideatur, ut in eadem Bulla Pij IV. in fin. vers. & ipsi Magister, & pag. 673. in princip. & tunc etiam si habitum, ut su-

pra, non susceperint, nisi expresse fuerit privilegii de non suscipiendo habitum, & non emittendo professionem derogatum, quibus simplex derogatio non suffragatur, etiam si in curia litigiosa fuerint, elapso tempore susceptionis habitus, & professionis emissionem, post intimationem de suscipiendo habitu legitime factam, absque aliqua desuper facienda declaratione, omni, & quocunque jure in dictis beneficiis, vel ad illa competenti carent eo ipso, & tanquam illiciti detentores, occupatores, & intrusi, ab eisdem sunt amovendi, & de illis tanquam de jure, & de facto vacantibus per Magnum Magistrum, & conventum, ac Priores, Bajulivos, Commendatarios, & alios, ad quos collatio spectat, libere provideri potest, amotis detentoribus, & possessoribus; non obstante longa, & diutina possessione, ac regulis de annali, & triennali possessore, ac alii privilegii, remediisque quibuscunque, etiam in corpore juris clausis, quibus diutini possessores utuntur, potiuntur, & gaudent; quavis etiam longissimi temporis præscriptione minime obstante, sed pro amotis, & expulsis sunt habendi, amotaque actione spolii, unde vi, & alio quovis remedio possessorio sive petitorio, competentis, quo desuper propterea agi non potest, ut in motu proprio Greg. XIII. in Bull. cap. 62. post. med. vers. ac quo nostra.

26. Et † quamvis inducatur vacatio ipso jure, & facto, non propterea possunt possessores, seu detentores de facto expelli, quia executio fuit commissa universis Sedis Apostolicæ nunciis, curis causarum cameræ Apostolicæ generali Audi-